170. Ministerialis terrestris Premisliensis providus Mathias Pizi-
laszka de Premislia vnacum nobilibus Joanne Pichar-
ski et Dobrogostio Zapolski secum comparentibus coram officio
et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus status personaliter
in vim relationis suae recognovit quia die hodierna ipse nobilis
cum dictis nobilibus requirebat officium civile civitatis
Premisliensis hoc est advocatum cum nonnullis scabinis utrum est
summa pecuniaria circa hoc idem officium posita vizt. ducento-
rum viginti quinque florenorum pecuniae per famatum valentinum
Stroski cum aliis eius compartitionibus famatis martino
Koszmar et Hedvigi consorti ipsius de Ropczyce mota de
creta tam officii consularis Ropczycensis quam et illustris et ma-
gnifici Joannis Christofferi comitis in Tharnowo castellani
voluntarii extunc famatus Matthias dictus Wolkowicz
advocatus cum nonnullis scabinis civitatis Premisliensis re-
cognovit esse pecuniam positam partim argentum per modum
talentorum et partim pecuniae in moneta ita quod est summa
et integro posita ducentorum viginti quinque florenorum pecuniae
quae ita et non aliter fieri ipse nobilis recognovit et nobiles
praefati relationis ipsius nobilis recognitione sua personali atte-
stati sunt

Vulnera Ilko de Wloscz

Laboriosus Ilko de Wloscz subditus Andreae Pauli Co-
rytko coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus
ostendit et manifestavit vulnus cruentum in facie partis dextre
dextre item aliud vulnus cruentum in naso partis dextre
item vulnus lividum in capite item vulnus lividum in cubito
manus dextre quae vulnera asserebat sibi fore infli-
cta per laboriosum Georgium tabernatorem de Nyesthe
et complices eius subditos nobilis Joannis Wloszczeski
in via libera et publica et circa inflictionem praefatarum vulnerum
vulnerum recepit eidem Ilko centum florenorum pecuniae quos
defferebat domino suo praefato census ad villam Pohorze
quae vulnera officium vidit et suscepit

Relatio nobilis ex parte Popielowski contra alium

Ministerialis terrestris Premisliensis providus Albertus
de Drohobycz vnacum nobilibus Stezko Korczinski et Ffeyts-
ko Korczinski secum comparentibus coram officio et actis praesen-
tibus castrensibus Premisliensibus status personaliter in vim relationis
suae publice et per expressum recognovit quia eidem nobili et
dictis nobilibus est obductum et protestatum feria tertia post
festum sancti Martini proxime praeterito anno proximo praeterito
ex parte nobilis Wasko Popielowski in et contra nobilem Nestor

Popielowski quia ipse nescitur quo ipsum ductus cum vi et violentia
coarctavit agrum ipsius proprium ad villam sortis ipsius villae Po-
piele ab antiquis temporibus pertinentem et spectantem faciendo id in 171.
praeiudicium non mediocre quae ita et non aliter fieri ipse nobilis
ut vidit et eidem protestatum est recognovit et nobiles praefati re-
lationem ipsius nobilis recognitione sua personali attestati sunt

Intro non est admissa per Morawski Domaraczky

Actum in castro Premisliensi feria quinta post festum sanctorum
trium regum proxima anno domini millesimo quingentesimo sexa-
gesimo sexto 10/5.

Nobilis terrestris Premisliensis providus Albertus Kothlynski
de Kanyczyga vnacum nobilibus Andrea Domanyski et Alber-
to Mroczinski secum comparentibus coram officio et actis praesentibus
castrensibus Premisliensibus status personaliter in vim relationis suae recogno-
vit quia hesterna die nobilis Erasmus Morawski realem
introitum et actualem pacificamque possessionem in duos cinetho-
nes sic dictos vizt. Stephan Philkowycz et Petrum in villa
Morawsko sortis suae vigore inscriptionis terrestris Premisliensis
in summa viginti centum viginti marcarum pecuniae nobili
Raffaeli Domaraczky non dedit nec admisit immo denega-
vit quae ita et non aliter fieri ipse nobilis recognovit et
nobiles praefati relationis ipsius nobilis recognitione sua personali
attestati sunt

Zochowski quietat de florenorum 550 florenorum Sluzowskie

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus ca-
strensibus Premisliensibus nobilis Stanislaus Zochowski in Stharo-
myeszcie factor recedens a iure suo quovis publice palam
et per expressum recognovit quia est sibi totaliter et plena-
rie satisfactum de summa quingentorum et quinquaginta
florenorum pecuniae a nobilibus Stanislao et Petro Sluzowskie
quam habuit super bonis certis ipsorum actis castrensibus Premi-
sliensibus inscriptis ratione cuius satisfactionis inscriptionem ca-
strensibus Premisliensibus super praefatam summam servientem cassat
mortificat et in nihilum convertit ac eosdem Sluzowskie
de praefata summa quingentorum et quinquaginta florenorum
pecuniae quietat et liberos facit sibique et suis posteris
pro praemissis omnibus perpetuum facit et imponit silen-
tium super quod nobile positum est